

pastore. Vtrobique periculum, vt quis sine cōfessione moriatur, & q̄ aliqui sine pastore maneant. Necessitas vero extrema [ quæ nulli subiecta est legi Cle. Exiui de verbo, signi ] in vtriusq; periculo subuenit vt postposita humane legis dispositione, circa ea quę necessaria sūt alio subueniat medio protūc possibili. Quod est vt illum faciat idoneum Penitentię Sacramentalis ministrum, & hunc idoneū prælati electorem. Quia aliter ille infirmus sine confessione, & forte sine penitentia moreretur, & isti sine pastore manerēt. Neq; hoc est contra illud quod supra dixi in expositione Bullę Adriani indubio incidenti, quia hoc ibidem intelligitur quod ipsi fratres sunt in sufficienti numero ad eligēdum actiuē & passiuē, quia tunc inhabilis non habilitatur, sicut infimili quando est præsens Sacerdos idoneus, tunc ille qui non habet potestatem, nō potest audire confessiones. Hic autem intelligitur quando non essent insufficienti numero ad eligendum. Et quod dixi de voce actiua, vt scilicet in tali necessitate aliquis habeatur idoneus: qui alias per statuta sui ordinis esset inhabilis ad eligendum. Idem dicēdum de voce passiuā, vt scilicet in tali necessitate

sua